

397 Romae apud S. Paulum OMNES praeter ALCIATVM qui dat sine loci indicatione. Eo venisse ex Ostia non certum, sed probabile est (cf. quae adnotavimus ad n. 88) maxime propter seviratum Augustalem (v. 2).

L · NVMSIO · L · LIB · AGATHEMERO
SEVIRO · AVGVSTALI
NEGOTIATORI · EX · HISPANIA · CITERIORE
ET · NVMSIAE · L · LIB · MERCATILLAE
5 V X O R I · E X · T E S T A M E N T O
I T A · V T · I S · C A V E R A T · F A C T V M · H S · C
A R B I T R A T V · N V M S I A E · M E R C A T I L L A E · V X O R I S
C · N V M S I V S · C · F · S V C · S E V E R V S
V I X · A N · X I I · M E N S · V I I · D · X I I X
10 C · N V M S I V S · P A R D A L A S · E T · N V M S I A
E U P R A X I A · F I L I O · C A R I S S I M O

Ab eodem exemplo pendent codex Redianus f. 35'; codices Iucundiani rec. 3 (cod. Cicognae f. 32'; Magl. 28, 34 f. 115a'; Pighius Berol. f. 25 e libro cardinalis S. Crucis); Piccart n. 101 apud Reinesium ep. ad Hoffmannum et Rupertum p. 337 (inde repetivit Reinesius synt. 11, 35); Alciatus Feae f. 94.

Antiqua versuum distributio ignoratur. — Varias lectiones adposui Rediani Magliabecchiani (cum Cicognanum non habeam plene conlatum) Piccarti. — 3 ISPANIA Magl. — 6 scr. HS·C. — 7 NVMSIAE Red. — 8. 10 G pro C dant Red. Picc. — 11 EVPRAXIA Picc., EPRAXIA reliqui.

400 basis magna marmorea. Ostiae rep. anno 1803, inde translata Romam primum in aedes Quirinales, deinde in museum Vaticanum, ubi extat (*Galleria lapidaria* a sinistra intrantis).

Q · P L O T I O · Q · F I L
Q V I R · R O M A N O
E Q V O · P V B L I C O · E X O R N
A · D I V O · H A D R I A N O
urceus 5 A E D · F L A M · R O M · E T · A V G patera
F L A M I N I · D I V I · T I T I
H V I C · D E C V R I O N E S
S T A T V A M · P V B L I C E · P O N E N D
D E C R E V E R V N T
10 P L O T I V S · N I G E R · P A T E R · H O N O R E · V S V S
D E S V O · P O S V I T · L · D · D · D

in latere intuentibus sinistro:

DEDIC · XVI · K · APR
T · HOENIO SEVERO
M · PEDVCAEO PRISCINO COS ^{17 Mart.} 141

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Notitia ms. rerum antiquarum a Petrinio inter annos 1801 et 1804 effosarum; Fea fast. n. 27 cf. p. LI; Henzen syll. n. 7174.

398 Ostiae in museo.

dec. dec.
DEC · A dlecto
H O M I N I
L · O S T E N ^{sis}
· C O N T V ^{Bernali}
5 · B · m Descripsi.

399 Ostiae rep. anno 1856 nella via dei sepolcri ante portam Romanam visc. de fragmento maiore, nunc ambo fragmenta coniuncta extant Ostiae in museo.

PLARIAE Q · F · VERAЕ · FLAMINICAE
— DIVAE · AVG · MATRI · A · EGRILI · PLARIANI
PATRIS · P · C COS

Descripsi. Fragmentum maius exhibent C. L. Visconti ms., qui descripsit mense Iunio 1856, ann. inst. arch. 1859 p. 238, act. Arcad. nov. ser. vol. 13 (1859) p. 100, vol. 52 (1867) p. 177; P. H. Visconti inscr. Ost. IV n. 38, V n. 41, VI n. 24.

Plariae Q. f. Verae, flaminicae d[iv]ae Augustae, matri A. Egrili Plariani, patris p(atroni) c(oloniae) co(n)sulis. Plaria Q. f. Vera flaminica divae Augustae nescio qua parentela coniuncta fuit cum Arria L. f. Plaria Vera Priscilla flaminica, uxore M. Acili Glabronis consulis, cuius est titulus Pisaurensis editus a Grutero 1024, 1 et ab Olivierio marm. Pisaur. n. XXXII. Indicavit titulum Pisaurensem C. L. Viscontius act. Arc. (vol. 52). — A. Egrilius Plarianus, pater p(atroni) c(oloniae) co(n)sulis videtur fuisse pater naturalis M. Acili A. f. Vot. Prisci Egrili Plariani (de quo cf. ad n. 155) qui fuit patronus coloniae teste titulo n. 72 et facile post praefecturam aerari potuit obtinere consulatum. Ipse A. Egrilius Plarianus fortasse non est diversus a Plariano qui memoratur inter patronos dendrophorum (supra n. 284) loco tertio, idemque memoratur supra n. 346 et infra n. 467. Praeterea O(lus) Aegrius Plarianus est in titulo Parmensi huius corporis vol. XI n. 1075, Q. Egrilius Plarianus legatus proconsulis Africae vol. VIII n. 800. 1177.

401 locum non indicant CODICES CYRIACANI. — Apud Scalamontium paulo ante praecedit inscriptio arcus Beneventani (vol. IX n. 1558); unde Beneventi collocatur apud FELICIANVM (Marc. f. 73, Veron. f. 102) et alios complures. — Romae in S. Maria de la Pace in ecclesia veteri IVC. (Veron. f. 13, Magl. f. 11). — Romae in palatio Capranicensi MAZOCH.

D · M
Q · P L O T I V S · Q · F
Q V I R · R O M A N V S
E X O R N A T V S · E Q V O · P V B L
5 H O N O R I B V S · F V N C T
I N C O L O N I A · O S T I E N S I
D E C E S S I T · S V P E R S T I T I B V S
P A R E N T I B V S

Primus descripsit Cyriacus. Vv. 4—3 refert Scalamontius in vita Cyriaci (cod. Tarvis. f. 106'); inde repetiverunt Felicianus Marc. f. 73, Ver. f. 102; Marcanova Bern. n. 310, Mut. f. 154 (ex hoc Ferrarius Traiect. f. 83, Reg. f. 86; Muratori 1726, 17^e schedis Farnesiis, i. e. ex codice Neapolitano Scandiani descripto ex Ferrarini exemplo Regiensi); cod. Redianus f. 117; Iucundus Ver. f. 157. Integram exhibent codices Cyriacani Hamiltonianus nunc Berol. f. 113', Marcian. XIV, 124 f. 149', Vatic. 6875 f. 73', Parmensis f. 79, Altempsianus nunc Chis. f. 9. Pendent ex Cyriacanis ex exemplo Marciani et Vaticani simili Felicianus Marc. f. 79', Veron. f. 137 (inde Ferrarius Traiect. f. 89' et Lilius Helmst. f. 111) et Marcanova Bern. n. 164, Mut. f. 65 et 80' (inde Iucundus Veron. f. 157', Magl. f. 127' et Apianus 103, 1); exemplo Parmensi et Altempsiano respondent Marcanova Bern. n. 174. 210. 310 et codex Redianus f. 28', item Lilius Helmst. f. 119 et Alciatus Feae f. 4' = Cholera f. 59'. Post Cyriacum descripsit Iucundus Veron. f. 13, Magl. f. 11. Exhibet etiam Mazochi f. 71' (inde Grut. 454, 40).

Vv. divis. videtur servavisse Cyriaci codex Parm. — V. l. do exemplorum Cyriaci et Iucundi et Mazochii. — 1 om. Cyr. (Parm. et Alt.) et Iuc., D·M Cyr. (Hamilt. Marc. Vat., item apud Scalamontium), D·M·S Maz. — 4 PVB Cyr. (Hamilt. Marc. Vatic.), PVBL id. (Parm.) Iuc. Maz., PVBLI Cyr. (Alt.). — 5 FVNCTVS Cyr. (Marc. et Vatic.) Maz. — 6 COLONIAM HOSTIENSIS Maz. — Apud Cyriacum (Marc. et Vatic.) et eos qui inde pendent ad titulum hunc adnectitur inscriptio M. Postumii Heliodori Benevento a quibusdam attributa sed potius urbana (cf. huius operis vol. IX, 223*, 7): adnotat tamen Marcanova Bern. in margine: in al(fo) sunt duo.